



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 15. Mortificatione item interna[m] pace[m], & solatiu[m] spirituæle
animæ suppeditari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

pericula, & detrimenta. Experientia enim quotidiana liquet, eos qui humilitatis & abnegationis sui studia refugiant, nec consilia Patrum spiritualium sequuntur, turpissime sæpe à demone, carne, & mundo in fraudem induci. Vnde alicubi & Gregorius. Sa-

Et. de moralic. 22.

Et inquit, viri, qui à mundi operibus non corpore, sed virtute sepiantur, laboriosius dormiunt, quam vigilare patiuntur: quia in eo, quod actionis huius seculi deserentes superant, robusto conflictu quotidie cõtra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat, ne subacta ocio ad desideria immunda frigidescat.

CAPVT XV.

Mortificatione orationem mentalem etiam in eo iussari, quod internam pacem & solacium spirituale conciliet.

QUONIAM orationis mentalis exercitatio ingentem fructum affert vitæ Christianæ, ut alibi demonstrauimus, congruens est, ut eam

MORTIFICATIONE. 297

per mortificationem magis magisque
perficiamus. Ac vt ad hoc studium a-
crius incitemur, alias proferemus ratio-
nes, cur illud nobis esse debeat com-
mendatum. Ad orationem mentalem
rectè instituendam, non parum con-
ducit pax cordis; anima enim tràquil-
la & pacifica spontè se dedit peccatio-
ni, in eaq; perseverat, & cupidè rerum
diuinarum contemplationi inhæret.
Vnde dixit Psalmista: *At factus est in* *Psal. 78.*
pax locus eius, id est, Dei, qui pacis a-
mator est. Ad quod signifi. adū. Deus.
mandauit tempore summæ pacis edi-
ficari templum, in quo habitaret, & be-
neficia sua fidelibus impartiret. Pro na-
tuitate quoque sua in carne delegit se *3. Reg. 4.*
pax altissimi pacis, quanta non fuerat
à multis seculis, quibus tyrannis ince-
perat. Eliè quoque prophætæ Deus nō
se manifestauit in vento vehementi *3. Reg. 19.*
aut forti, nec in terræ motu, nec
in igne ardenti, sed in aura leni &
suau. Certum est, etiam si homo, quā-
do turbatus est & inquietus, orationē
relinquere non debeat, quia & ipsa ad
componendum tranquillandumque
animum perturbatum valet: tamē &
illud.

illud certū est, turbationem distractio-
 nemque animi plurimum impedire
 & attentionem in orando, & fructum
 orationis spirituales. Ad obtinendam
 autem pacem illam & tranquillitatem
 maximè seruit mortificandi labori-
 hil enim aliud mentē de statu suo de-
 turbat, nisi passionum internarum hu-
 mor et intemperies, quæ mortificatio-
 nis beneficio coercentur & expunguntur.
 Quamquam enim negri non possunt
 sit, pacem ac quietem animi non possunt
 rum disturbari iniurijs, contumelijs
 aduersitatibus, bonorum rapina, & alijs
 huiusmodi; tamen affirmandum
 primariam causam omnis inquietudi-
 nis esse passionum & cupiditatum in-
 strarum intemperantiam. Nam si homo
 ira iracundiam vicisset, elationem a
 mi pedibus suis subiecisset, amor
 caducarum rerum extirpasset, solus
 que Dei voluntatem, non suam in or-
 nibus quæsuisset, nulla perturbatio
 ne agitari potuisset: si quis tetros
 quos odores collectos & inter se
 mixtos in massā panis coquēdi in-
 sisset, eoque cocto alijs accessisset, & post
 illo in duas partes secto nares circum-

MORTIFICATIONE 299

tiū serore cōpleffer, tū nō ille, qui panē
secuerat, sed qui odores incluserat, fæ-
toris illi⁹ auctor diceretur: haud sec⁹ cē
sēdū est de corde nostro: Habet homo
cordi sēpē inclusas viuas passiones i-
rē, superbia, auaritię: quādiu ex senti-
tia & voto omnia ei succedūt, æstima-
tur prob⁹ & s̄ct⁹, at si mulatq; verbo vel
facto in re aliqua suæ volūtati aduersa
lēsus est, mox expallescit, indignatur,
& foris prodit quibus perturbationib⁹
sit obnoxius. Hic nō habet, quod quē-
quā aliū accuset, tāquā aucto: ē suę per-
turbationis & inquietudinis, nisi velit
incusare Deum, sine cuius voluntate
nulla aduersa nobis eueniunt, qui
& hortatur nos vt ea patientes tole-
remus, tanquam de sua manu pro-
fecta, sed omnem culpam conijcere
debet in semetipsum, quod edoman-
dis passionum suarum bestijs nō satis
magnam operam impenderit.

QVÆ si vera sunt, vt sunt
verissima, liquidò pater ad pacem ani-
mi solidam obtinendam, orationem-
que mentalem cum fructu institu-
endam, opus esse mortificationis ex-
ercitio, voluntatē propriam coercēdo,
U z & na

300 MORTIFICATIONE.

Gal. 6.

& natura nostra corrupta effrenata
motus contrarijs actionibus refrenan-
do Hanc vitæ regulam spiritus sanctus
nobis per os Apostoli tradidit, cum di-
ceret. Absit mihi gloriari nisi in cruce
Domini nostri Iesu Christi, id est, penis
& opprobrijs, per quæ mihi mundus cruci-
fixus est. Et ego mundo Nomine mien-
di, intelligens honores, humanas lau-
des, opes, voluptates carnis & alia que
mūdani homines magni faciunt, quæ
omnia Apostolus pro se vilissima, &
caduere sœrido & putrido, vnde nū-
lam voluptatem caperet, æstimabat.
Ipsè quoque crucifixus & mortuus es-
rat mundo, quia nihil eorum quæ mū-
di sunt optabat vel expetebat, non se-
cus, quàm si omnis rerum terrenarum
cupiditas in eius pectore esset extincta
& mortua. Deinde mortuus erat
quia illum tanquam cadauer mortuum
& rem abominabilẽ execrabatur, pro-
sequebatur, & tantũ non pedibus con-
culcabat. Hanc regulã viuendi, quæ
quot sectati fuerint, hoc est, in cruce
Christi gloriari, & mortui mundo
runt, pacem illam Dei, quæ exsuperat
omnem sensum, & puras reddit cogitationes
Scientiam

MORTIFICATIONE.

Scientias, diuinamq; misericordiam,
qua ab omni noxa liberentur, hæredi-
tabunt.

REFERT B. Dorotheus se initio
susceptæ religiosæ vitæ mortificasse
suam voluntatem, parendo alienæ su-
periorum, & honorum cupiditatem,
patefaciendo ijsdem tētationes & cor-
dis sui cogitationes. enq; exercitio con-
secutum tantam animi pacem & tran-
quillitatem, vt nec vllum religiosæ vi-
tæ opus, nec vlla calamitas deinceps
molestiam aliquam aut perturbatio-
nem ipsi attulerit. Et quia illis initijs
nondum erat rerum diuinarum tam
intelligens, ac postea; dubitare cœpit,
securamne & rectam viam teneret in
cælū, eò quod per tribulationes mul-
tas, quas ipse non experiebatur, aditus
pateret ad cælum. Cum verò nec dubi-
tatio illa consuetam ei pacem adime-
ret, scripto proposuit eam suo cuidam
Patri spirituali, magna sanctitate con-
spicuo; qui ei respondit. Metum om-
nem deponeret, tranquillitatem illam
natā esse ex mortificad: studio, quod
coluisset, voluntatem & iudicium sub-
ijciendo iudicio & voluntati superio-
rum

o 3

rum

rum, & in manus Dei, maiorumque
suorum omnia tradendo. Felices itaque
& beati sunt, qui à Deo impetraverunt
voluntatem, viresque se mortificandi,
diligensque studium adhibent in refrenandis
pravis animi perturbationibus: illi enim in hac terra
incipiunt gustum capere illius ser-

*In Beniamin
v. 26.*

nissimæ pacis, quæ erit in cælo. Nam
ut præclare notavit RICHARDVS de S. Victore,
duabus in rebus consistit beatitudo. Primum, ut homo
careat ijs quæ habere non cupit. Secundo,
ut possideat omnia, quæ habere concupiscit.
Verumque autem consistit in seruitute Dei,
dum se mortificat in terra: nam cum ex amore
Dei abhorreat à voluptatibus sæculis & corporis
afflictiones diligit, ubi unquam tandem fuerit,
inuenit quod delibet, nec aduersitatem aliquam
patitur, quam non operaretur: qui status honoris
non est aliud, quam principium delibationis
quædam æternæ felicitatis.

ALTERA ratio, cur conueniat sit cum oratione
mentali iungi, est huiusmodi: Orationis
mentalis, vel diuinarum rerum meditatio

MORTIFICATIONE. 303

tatio, est ordinarium medium, & exercitium proprium, quo homo fit diuinarum consolationum omniumque sanctarum affectionum amoris, spei, contritionis, gaudij, aliorumque donorum spiritualium particeps, vt alibi demonstrauimus. Quare certum est, exercitium quo anima disponitur ad recipiendas huiusmodi consolationes, esse mortificationis. quippe cum huius beneficio omnes cupiditates rerum caducarum terrenarumque solatia refecentur, æquoque & libenti animo pæne & afflictiones eius contrariæ suscipiantur. Constat siquidem terrenas consolationes è diametro pugnare cum cælestibus, & amorem inordinatum rerum creatarum, cum gustu diuinarum: atque idèò quando animus hominis affixus est solatijs terrenis, fieri non potest, vt se erigat ad cælestes, vt testatur S. BERNARDVS in hæc verba. Sunt multi inter nos, qui de vno pane comedunt nobiscum, accens. miseri & miserabiles, utpote socij tribulationis & non consolationis. Huiusmodi autem, si diu ita permanserint sub onere, aut opprimuntur & suc-

Tract. 1. de orat. mentali p. 3.

serm. 3. de accens.

succumbunt, aut quodammodo in infer-
no sunt, ut nunquam ad plenum respi-
rent in luce misericordiarum Domini, nec
in libertatem spiritus, qua sola facit iu-
gum suave & onus leue. Inde autem ta-
pernitiosa tepiditas emanat, quia affe-
ctus, id est, voluntas eorum nondum por-
gata est, nec bonum sic volunt, si ui-
uerit à propria concupiscentia abstrahit
grauiter & illecti Amant enim in car-
ne sua terrenas consuetudines, sive in
verbo sive in signo sive in facto, sive in
aliquo alio: et si hac interuerti aliquando
non tamen penitus rapiunt. Inde est quod
raro affectiones suas dirigunt in Deum.
& eorum computatio non continua, sed
horaria est. Impleri autem uisitationibus
Domini anima non potest, quia hinc
distractionibus subiacet: & quanto magis
illis euacuabitur, tanto amplius implebitur:
si multum, multum si parum.
Hucusque Bernardus. Quae
doctrina, ut certa & uera est, multaque
experientia probata, sic magna confi-
deratione digna est. Nam ex una parte
vehementer damnat tepiditatem eorum,
qui initio seruiendi Deo facti, nihil
uiliissima aliqua consolatione desistunt.

MORTIFICATIONE. 303

aur, minimas etiam mortificationes
subestugunt: & ne voluntatem suā
alteri subiciant, aut carnaliquam cru-
cem imponant, maximos thesauros
spiritalis consolationum diuicorum
quibus pulcherrimis virtutibus meritis
que, animā completere poterant, vltro
negligunt & cō. emittunt, Ex altera ve-
ro parte hæc eadem doctrina sedulo ex-
penſa plurimum mouere nos potest
ad sanctæ mortificationis exercitatio-
nem amplectendam. Quis enim dein-
ceps in rebus exiguis non coerceat cu-
piditates suas, si postea velit ijs domi-
nari in magnis? Quis nō voluntati suę
renunciabit in rebus terrenis nullius
pretij, ve acquirat cælestes summi pre-
tij? Quis non consolationes viles rerū
creatarum posthabeat diuinis suauis-
simisque consolationibus creatoris,
maximæque promissioni nobis à Deo
per isaïam prophetam iam olim factę, *Isa. 58.*
cum diceret: *Si auerteris à Sabbatho pe-*
dem tuum, facere voluntatem tuam in
die Sancto meo, & vocaueris sabbathū
delicatum & Sanctum Domini glorio-
sum, & glorificaueris eum, dum non fa-
ciās vias tuas, & non inuenitur volun-
tas tua,

O s
tas tua,

306 TRACTAVS DE SVI

tas tua, ut loquaris sermonem Tunc de
lectaberis super Domino. & suscolla
super altitudines terra, & cibabo te ha
reditate iacob patris tui. Delectari in
Domino, quid est aliud, quàm mirabi
li consolatione perfundi? quid suscol
li super altitudines terra, quàm pedo
re generoso, spirituque diuino dona
ri, quo omnes res caducae huius mon
di, cū nihil sint, nihili pēdantur; quide
deniq; cibari hereditate iacob patris
chæ promissa, quàm animam om
nibus gratiæ donis in pignus æternæ
felicitatis ornari & instrui?

CAPVT XVI.

Mortificationis ope tentationes, omnia
que animi hostes expugnari, peccata
futura impediri, & gratiam
semel acceptam con
seruari.

AD superandum validissimum
inimicum, presentissimum
remedium est. studio è circum
spicere, qua in re summum eius robur
positum sit. illudque cum primis
ut Philistæi fecerūt fortissimo sampson

Iud. 16.